

~ I V L I V S, P P, i i I . ~

53

Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem. Cum sicut accepimus tu in officio Preturae Terrae nostrae Aguependentis, te hactenus bene et laudabiliter gesseris, sperantesque quod de bono continuabis in melius. Te in eodem officio ad sex menses post finitum tempus tibi ab eis per nos concessum intra quod sicut asseris adhuc existis inchoandos, cum auctoritate facultatibusque Salariis et emolumentis solitis confirmamus per presentes, et quatenus opus sit denuo deputamus: Mandantes dilectis filiis Prioribus et universitati dictae Terrae ut te dictum officium iuxta tenorem presentium continuare permittant, et ad quos spectat, ut de salariis et emolumentis praedictis cum effectu respondeant. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Dat. Romae apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die xx decembris M D L Pontificatus nostri Anno Primo.

Rom. Amasens.

